ſtis q̄ tenētur ad reſtitucōe;. Qui diſtribuūt
p̄ſtancias ſcient̄ aliquē grauātes cōn̄ debitū
tenentur de dampnis. ¶ De rapina.

Si rapuit rē alterius violēt. q̄ mōrle ē ⁊ vl
tra hoc tenetur ad reſtitucō;. ¶ Si rē raptā im
q̄ celauīt q̄ tenetur ad reſtitucōe; iſolidū ſi ex
hoc impedita fuit reſtitucō ¶ Si fueīt pirata ⁊
p̄dās p mare quoſcūq; īdrīter q̄ vltra pcēm
⁊ reſtitucōem eſt excatus excacōe p̄pli. Secus

tñ eſt de illis qui hoc faciũt coñ certos aliquos cũ quibꝫ habẽt bellũ. ¶ Si depdauit romipetas eũtes ⁊ redeũtes ad vrbẽ vel portãtes necãria ad vſũ Curie vltra pcc̃m excõicatus eſt excõicatõe ꝑpali. ¶ Si in bello iniuſto depdatus eſt ãquẽ vltra mortale pcc̃m ⁊ reſtitucõnem nõ debet abſolui niſi firmiť ꝓponat ⁊ ſe diſponat amplius non ineſſe hmõi vel alio bello iniuſto. ¶ Si in bello iuſto abſtulit aliq̃d ab amicis ſicut q̃nqꝫ faciũt ſtipendiarij vel etiã ſi abſtulit aliq̃d ab eccĳs inimicoꝝ qꝛ tenetur ad rẽſtitucõꝫ. ¶ Nõ qꝛ omẽs dantes conſiliũ ad aggrediendũ vł ſumendũ aliq̃d bellũ iniuſtũ ſine quorũ ↄſilio nõ fuiſſet factũ vel nõ poterat fieri tenẽtur in ſolidũ de oibus damnis inde ſecutis. ¶ Si participauit in crimiẽ rapine vł furti vel alterius iniuſte damnacõis in ãquo infra ſcriptoꝝ modorũ qui in hĳs cõtinẽtur verſibꝫ. Juſſio conſiliũ cõſenſus palpo recurſus. Participãs mutus nõ oſtãs nõ manifeſtãs: Teneť inſolidũ de oĩ damno inde ſecuto. quouſqꝫ illi q̃ paſſus eſt ſit ſatiſfactũ. Intellige tñ Juſſione vł conſilio vł cõſenſu coopacõnis vł palpo .i. adulacione vł recurſu .i. receptacõe latronũ vł rerũ ablatarũ taliť qđ ſine hoc nõ fuiſſet fcã rapiã vł damnũ alias nõ tenẽtur ñ inq̃ꝫtũ pueniſſꝫ ad eũ de re rapta vel de quãto damno feciſſet

cum ſuis vel quātū plus fuiſſ3 factum ꝓpter aliquod p̄dictorum ab eo factorū. Quantum ad ſecūdū verſū nota q̄ non obſtās non manifeſtans ⁊ mutus tenetur qn̄ eſt officialis ⁊ pōt impedire damnū. ⁊ non facit. alias enim etiam non tenetur. Quātū vero ad pticipacōz Iſtud pōt fieri multiplicit̄. vno mō ꝓcurando cū alijs ad rapiendū. ⁊ tūc tenetur ad illud qđ recepit vel dammificauit. ſi tamen non fuit in cauſa principali vel q̄ſi. Scđo mō recipiendo p viam dom de rapina. ⁊ de illo tenetur. Tercio per cōſumptionē rapine in victu ⁊ veſtitu ⁊ hmōi. ficut famulus raptoris. ⁊ vſurarius q̄ oīa hab3 de rapina ⁊ vſura. ⁊ tenetur de illo quod conſumit. Quid autē debeat talis facere vide in ſūma. Quarto mō p dotacōnem. ut vi3 maritus qui ſciebat ſocerū ſuū non habere n̄ bona rapta vel de vſura. quia non poteſt recipere dotem ab illo. Si recepit. tenetur ad reſtitucōnem. Filia autem cum remanet vidua tenetur reſtituere dotem. quia de alieno eſt Si vero neſciebat maritus ſocerum ſuum eſſe talem. tūc diuiſa eſt opinio doc. vtrum poſſit tenere maritus ſi filia vidua tenetur. Quinto ꝓpter empcōnem rei rapte vel furate. ⁊ ſi ſcienter hoc fecerit ob ſui vtilitatē vltra mortale pccm̄ tenetur reſtituē ſi inueīre poteit dn̄m rei

ſi vero nõ inuenire poterit paupibꝫ erogabit
vel preciũ eius etiã ſi iam cõſumpſit. Si igno
ranter ſiue ignorãtia iuris ſiue facti. a peccato
põt excuſari qñ tamẽ ſcit tenet reſtituẽ ſi non
dũ diſtraxit etiã ꝑcio petito a dño rei. Sꝫ repe
tat a venditore ſi põt. Idẽ de oibus q̃ ſucceſſiẽ
emerẽt hmõi rem niſi prius diſtraxerint illã
qꝛ ſi bona fide exñs diſtraxerit vendẽdo non
tenet ipẽ ſed emens. De hijs vide plenius in
Sũma ſcđa parte ti. ¶ Interrogandũ eſt ergo
de ꝑdictis nouẽ modis dictorũ verſuũ ſingula
riter. Et primo. ſi iuſſit fieri rapinã aut ſi eius
noie facta eſt mõrliter peccauit ⁊ tenetur inſo
dũ ſi alit̃ q̄ꝫ ex eius mandato facta non fuiſſet
alias tenetur ꝓ qñto ut ſup̃. ¶ Si raptori cõſi
liũ dedit ad rapiendũ qꝛ tenetur inſolidum ſi
ex ſuo cõſilio factũ ſit. Si ꝯſenſit rapine coope
rãdo tenetur ſimilit̃ inſolidũ eodẽ modo. ¶ Si
adulatus eſt raptori q̃ſi ſtrenuo ⁊ bñfacienti
tenetur inſolidũ ſi ex hoc damnũ ſecutum eſt
¶ Si raptorẽ vł rem raptã receptauit vł imq̃
celauit quia tenetur inſolidũ ſi ex hoc damnũ
ſecutũ ẽ vel impedita fuit reſtitucõ. ¶ Si vidit
rapinã fieri ⁊ nõ obſtetit cũ poſſꝫ vel ſi celauit
⁊ nõ manifeſtauit qꝛ ſi officialis erat tenetur
ad reſtitucõnem alias non. ¶ Si ꝓcurauit cũ
alijs ad rapiendũ quia tenetur inſolidũ ſi ex

eius ſequela vel fauore raptores hoc fecerunt
ſi aũt ſine ipſo feciſſent· tenet de qñto puenit
ad eũ· vl' de eo qđ ipẽ dammificauit· ¶ Si rece
pit per viã dom̃ de rapina quia ad illud tenet
quod recepit· ¶ Si ĩ victu et veſtitu cõſumpſit
de reb; rapiẽ qꝛ tenetur ad illud qđ ꝯſumpſit
niſi talia recipet in agendo cauſam ſpoliatorũ
monendo ⁊ inducendo raptorẽ ⁊c· ¶ Si dotẽ
recepit a raptore vel vſurario· quia tenet vt
ſup̃ declaratũ eſt· ¶ Si ſcienter emit de rebus
raptis vel furatis qꝛ reſtituẽ tenetur· Si autẽ
ignorant nõ tenetur niſi ad ſuã noticiã puene
rit ꝙ res rapta fuit ut· ṡ· ¶ Si quis impediuit
alios iniuſte a conſecucõne alicui⁹ bñficij vel
officij eccĩaſtici vel ſecularis· vbi iã erat acqui
ſitũ ius· tenetur ad reſtitucõ; talis damni· Si
aũt nondũ erat ſibi ius acquiſitum· ſed erat
in via ut acquirẽtur· tenetur ad arbitriũ boni
viri qñtũ põt illud damnũ in illo dubio eſtiã
ri· Similit' qui iniuſte deicit ab obtento vel pro
curat alios eici· Secus aũt cum iuſte procedit
¶ Qm infert damnũ quod i ſpecie reſtitui nõ
poteſt ut mutilacõ menbri vel ſimile ut manũ
amputãdo cum qua ille ſe nutriẽdo ſcribebat
vel virginitatẽ puelle auferendo· precipue p
violentiã vel ſeductionẽ· vel etiã mortẽ alicui
inferendo qui ſuo labore ſe et familiam ſuam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nutriebat aut ſcient̃ dando vl' vendẽdo equũ
claudicantẽ vel alias nociuũ aut etiam aliud
aĩal ad vecturã vl' aliũ vſum ꝯ nõ emptori in
dicãdo illud nocumentũ vnde ſibi poſtea aliud
ſequitur damnũ ꝯ hmõi. tenet̃ ſatiſfacere de
hmõi ad arbitriũ boni viri. ¶ Si mulier ſuppo
ſuit ſibi partũ alienũ vel cõcepit ꝑ adulteriũ
neſciente viro tenetur viro de oĩbus expenſis
factis filio putatiuo ꝯ cõſang̃neis id eſt filijs
vel alijs hẽdibus ꝓ hijs que ꝑuenerunt ad
eũ non tamẽ tenet̃ illa mulier manifeſtaẽ fcm̃
cũ ꝑiculo vite ſue. Sꝫ quid agendũ ſit vide in
Sũma ſcda ꝑte ti. ¶ Si fuerit officialis alicuiꝰ
coĩtatis vel ciuitatis aut dñi puta camerarius
Theſaurarius aut nõrius vel ſimil' vel aliud
officiũ habẽs ꝓ quo eſt ſufficiẽter ſallariatus
nec cõtentus illo ſallario a pſonis in quibus
ſuũ exequit̃ officiũ exigit vel extorquet aliq̃d
vltra ſuũ ſallariũ prefatũ nec puto ꝙ excuſet
eũ cõſuetudo ſicut nec rapina. ꝓpterea enĩ ſta
tuũtur ſallaria ne talis vltra hec aliq̃d petat
vnde ꝯ peccat talis ꝯ debet paupibus erogare
quod dico. quia difficile eſt ſemp illud reddẽ
illis a quibꝫ recepit maxime cũ modicũ fuerit
ꝯ pſona inueniri nõ poteſt vñ illud receptum
eſt vel neſcitur. ¶ Si cũ pecunijs quas habet
coĩtas in depoſito negociatur et ſiquidẽ cũ eis

lucretur p ꝯtractꝰ vſurarios tenetur reſtituē
ei a quo accepit. Si p ꝯtractū licitū vid̾ tene
ri ſaltem ꝓ parte ꝯitati vel paupibꝫ erogare
partē. ¶ Si vſurpauit ſibi bona ꝯitatis aut in
ra ꝓcuracōis. aduocacōis. ꝛ hmōi. quia vltra
moꝛ̃le tenetur reſtituē. ¶ Si rapuit aut pro ſe
impetrauit aliqua bona ciuiū ſpoliatoꝝ vel ex
pulſoꝝ. qꝛ tenetur ad reſtitucōem. ¶ Si quis
ingreſſum in religionē bonā ꝛ approbatā edu
cit vel p violentiā vel p ſuaſionē. vltra pcēm
mortale cōmiſſum. ꝛ excōicacōem. cū infert vio
lentiā pſone. tenetur illū vel aliū reinducere
ad religionē in ſatiſfactōꝫ. vel tenet ipē ingre
di. ſi non hꝫ impedimētū. de pe. ꝛ remiſſi. de eo
Qui aūt eū qui intendit ingredi aliquā reli
gionē. a ſuo bono ꝓpoſito reuocat etiā ſi non
dū ingreſſus fuerat eodē mō vid̾ peccaē ꝛ pu
niri debere. ¶ De furto reꝝ ſacraꝝ qd̄ ſacrile
SI impoſuit vl̄ dedit ſup hoc cōſiliū ¶ giū dr
ut imponentur clericis vl̄ pſonis ecc̄iaſticis
collecte vl̄ exactōnes. nō hita licentia a romaō
pōtifice. Si ſecutꝰ ē effectus. vltra moꝛ̃le ꝛ obli
gacōem ad reſtitucōꝫ n̄ deſiſtat poſt āmoicōꝫ ē
excatꝰ ¶ Si fecit l̄ fieri fecit ā deſup ꝯſuluit ſtatu
ta cont̄ ecc̄iaꝝ libratē vlt̄ moꝛ̃le tenet de dānis
ꝛ ē excatꝰ ipē ꝛ ſcriptoēs ꝛ iudicātes. Ea tū vi
de plenꝰ. ꝫ. in v pte. ¶ Si accepit pronatū de

nouo alicui⁹ vacantis eccīe vel monaſterij vel locorū piorū vl' bona ipōrū locorū vacantiū de hoc vide. ſ. in pᵐa pte. Si vſurpauit bona hoſpitaliū vl' alioꝝ piorū locorū aut bona reli gioſorū aut pauperū aut rem eccīe aut bō ca pituli aut collegio. Si abſtulit rem ſacrataꝫ ut calicem pamenta et hmōi de loco ſacro .i. de eccīa aut rem ſacrā de loco nō ſacro ꝗ rem nō ſacrā de loco ſacro. Si emit aliq̄d de pecunia eccīe qꝛ talis poſſeſſio eccīe eſt. Si effregit lo cum ſacrū vl' locū religioſorū ut portas eccīe vel portas cōuentus aut monaſterij qꝛ vltra peccatū ⁊ obligacōem ad ſatiſfaciendū de iniu ria et de damno eſt excatus. ſi tn̄ hoc fecit iniu rioſe ⁊ violent̄ ⁊ ante denūciacōnem pōt abſol ui a diocеſano. depoſt vero a ſolo pp̄a ſeu ſūmo pniario. Idē iudicium eſt ſi incendiū fecit ſtu dioſe ⁊ iniurioſe in p̄dictis locis. Incendiarij autē aliorum locorū de iure cōi non ſunt excati In aliquibꝫ tn̄ locis p ſinodales cōſtitucōnes ſūt excati. Si legata facta eccījs et alijs pijs locis ꝗ paupibꝫ non ſolū integre non ſoluit ſꝫ etiā ſolucōeꝫ differt qꝛ peccat mōrͣliter n̄ legiti mo impedimēto impediatur. In aliquibꝫ vero locis eſt excatus p ſinodalia ſtatuta. Si nō dedit laycus decimas ſuas q̄s tenetur ⁊ ſolucō nē faciat ut conſuetū eſt et ſpecialit̄ eccīaſticis

pſonis· vltra pccm tenetur ad reſtitucõnem.
¶ Si mutuauit pecuniam nůeratã ¶ De vſura
vel aliqd corũ que vſu cõſumũtur ut frumẽtũ
vinũ· oleũ et hmõi cũ intencõe aliquid recipi
endi vltra ſuũ capitale mortale eſt ⁊ illud qd
vltra recepit tenetur reſtituere. ¶ Si mutuauit
ſup pignus aliqd· rei mobilis· vel rei immobi
lis· ut ſup veſtes vel equũ ⁊ hmõi· aut ſup do
mũ aut agrũ vel ſimile· ⁊ interim accipit vſũ
pigneris illius· donec reaccipiat pecuniã ſuã
qꝛ vſura eſt. Excipitur tñ caſus .ſ. ¶ Cũ gener ac
cipit poſſeſſionẽ in pignus a ſocero ſuo quo
uſqꝫ ille donauerit ſibi dotem· ⁊ ſi ipẽ gener ſu
ſtinet onera mr̃monij .ſ. nutriat vxorẽ. ¶ Si
depoſuit pecuniã penes mercatorẽ vel artificẽ
cũ intencõe recipiendi aliquid vtilitatis· licꝫ
non faciat pactum ſup hoc ſed ponit in diſcre
cõne eius volens in oĩ caſu capitale ſuũ ſaluũ
eſſe· quia vſura eſt. Sꝫ ſi vult pticipare tam de
damno qꝫ etiã de lucro· ſic licet etiã cum pacto
Et in hoc qñqꝫ ſolent offendere mulieres de do
tibus ſuis· Et dicũtur depoſita vulgarit̃· ſꝫ vſu
ra eſt. ¶ Si qs ꝓpter pecuniã mutuatã alicui
petit l' ſperat pñcipaliter ab eo aliqd obſequiũ
vl' vtilitatẽ que ꝓcio poſſit eſtimari· ut opera
boum vel perſone· ad colendum terram vel
aliud vel mutuacõem ſui iumẽti· vel cuiuſcũqꝫ

rei vel aliq̄d ꝓmiū ut molat in molēdinis ſuis
vł ut procuret ſibi bn̄ficiū vł officiū ecc̄iaſticū
vel ſeculare. Vel ut det ſibi ꝓpt̄ hoc plus de fru
ctib; t̄re eius q̄ꝛ colit vſura ē. Et ſi ꝓpter hoc nō
ab eo cui mutuauit ſed ab alio ut dn̄i vel cōita-
tis recepit vtilitatē ex inn̄· illud debet paupibus
dare. ¶ Si veniente termīō noluit ꝓlongacō;
eius cōcedē niſi daret ſibi ăquid quia vſura ē
¶ Si in fraudē vſure p̄ſtitit decem brachia vel
vlnas panni vnius ut reciperet decem vlnas
panni alterius quia vſura eſt. ¶ Si recepit ab
vſurario aliq̄ dona quia tenet̄ reſtituē non illi
ſed illis a quib; ipē vſurari9 recepat ſi ſua ſb̄a
tota fuerat de vſuā. ¶ Si credidit pecuniā pro
ſimili pecunia vel rē ꝓ ſimili re eſtimando plus
valē hmōi tpe reſtitucōis vſura eſt ſi fecit cū
illa intencōne ut recipet illā melioracōe;. ¶ Si
mutuauit pecuniā recepturus in certo termiō
alterius gn̄is monetā aut aliā rem que plus
valeat aut in alio loco vbi plus valeat quia te
netur ſi hac intentione fecit. ¶ Si mutuauit
nauiganti vel eunti ad nūdinas cum pacto re
cipiendi aliquid vltra ſortē ex eo q̄ꝛ ſuſcipit in
ſe p̄iculū pecuniaꝝ ꝗ merciū ex̄ de vſu· nauigā
ti q̄ꝛuis in ſe ſuſcipit p̄iculum n̄lominꝰ tamen
cōtractus ille nō eſt licitus. ¶ Si dedit granū
vetus ut poſtea recipiat nouū q̄ꝛ vſura eſt · ſi

tamē ꝯſideravit in hoc melioracōe; quia propt̄ hoc fecerit ex̄·c·quo·§·ꝯſuluit ⁊·c· In ciuitate ¶ Si notarius rogatus ſcripſit cōtractū vſuā riū·quia vltra pc̄c̄m mortale tenetur inſolidū ⁊ ſimilit̄ ſi fuit teſtis in tali cōtractu. ¶ Si fuit cā vel mediator ⁊ exhortator inter mutuātem ad vſuram ⁊ recipiētem·quia mōrliter peccat ⁊ ad reſtitucōem tenetur. ¶ Si appoſuit peām cōtractui praua intentione·quia vſura eſt et reſtituē tenetur. ¶ Si tutor vel curator pupil lorū vel pcurator aut factor cuiuſcūq̄·pecuniā pupillorꝝ vel patroni. dedit ad vſurā etiam in vtilitatem illorꝝ·vltra pc̄c̄m mortale ꝯmiſſum tenetur reſtituē. In cāu tñ quo illi nō poſſint ł nolint reſtituē·illi inq̄ꝑ q̄ habuerīt vtilitatē·nā ipſi pn̄cipaliter tenētur ſed nō facientib; ipis tenetur tutor vel pcurator ⁊c̄. ¶ Si q̄s accipit ſub mutuo ad vſuram nō ad prouidendū ſue nc̄c̄itati ſ; ut faciat vſuram vel ludat vel alias male vtatur mōrlit̄ peccat. Idē ſi inducat aliū ad hoc faciendū q̄ alias nō feciſſ;. ¶ De cābio

SI fecit cambia ⁊ minuta de vno floreno au reo ſup̄ monetam accipit vel ecoñ pro cambio dedit aliq̄d ſc̄d̄m comunē curſū·non ē illicitū ¶ Si fecit cambia per litteras realia de loco ad locū non ficta et inde cepit moderatū lucrum quia non eſt illicitum. Si fecit cambia que

vulgarit̃ dicitur cambia ſicca aut p venetias
aut ad libras de groſſi vſura eſt q2 ibi realiter
eſt mutuũ ſub ſpecie lucri. Hec habundãt in
florentia. ¶ Si mutuauit cũ intencõne nihil re
cipiẽdi ſi poſtea debitor dedit ei aliq̃d tenetur
ad reſtitucõnem ſi pbabiliter credit q2 ꝓpter
mutuũ acceptũ hoc ei dedit vel creditũ vlteri9
retinendũ. Secus eẽt ſi ex beniuolẽtia ei dedit
¶ Si in empcõne fructuũ terre vł aliarũ rerũ
ex eo q2 añ p aliquos menſes q̃ꝫ recipiat hmõi
fructus vel res alias p̃cium ſoluit emit minus
iuſto p̃cio ꝓpter dilacõem recepcõnis dictorũ
fructuũ vł aliarũ rerũ. Secus ſi hoc facẽt cum
veriſimilit̃ crederet fructus illos aut res alias
etiã poſſe min9 valere tpe recepcõnis eorũdem
quia ut p̃us vſurã facẽt. Si aũt non vendidit
plus iuſto a non vult illi q̃ vendit facẽ fructũ
bonũ ſicut ei qui dat ſibi pecuniã mutuatã ſic
non eſt vſura. Si vendidit aliquam rem p p̃cio
quod ad p̃ns currebat cum pacto q2 ſi tempe
ſolucõnis valẽt plus etiã vellet illud plus. Sꝫ
econũ ſi valẽt min9 non vellet illud min9 quia
vſura eſt. Si vero ꝯtentus ſit recipe p̃ciũ illud
ſiue valeat plus ſiue min9. Et ſic ꝯtingat plus
valẽ non eſt vſura. ¶ Si quis emit domũ vel
agrũ multo minori p̃cio q̃ꝫ valeat cũ pacto q2
venditor reemat eã vł eũ cum placuerit pro

eodē precio ⁊ ipē prius emptor interim fruct⁹
illarū rerū ꝑcipiat· ꝙ vſura palliata ē. ¶ Nō
ꝙ vſurari⁹ tenetur ad oīa damna q̄ paſſi fue
rīt debitorēs ꝓpter ſolucōez vſure. ¶ Si ei⁹ ꝯſi
lio aliq̄ ciuitas ꝗ ꝯitas dedit ſuā pecuiāz ad vſu
rā ꝙ vſurari⁹ ē. Et eodē mō ſi cōitas ꝗ ciuitas ali
q̄ recipit pign⁹ aliqđ ⁊ eius fructus nō ꝯpute
uit ī ſortē· ex̄· de vſu· Conq̄ſtus· vij· q· i· ſic uir
· xxx· q· iij· ſi hēs· ff· qđ me· cā· l· metū· ſ· Cū ad
uertendū. Idē eſt de illis q̄ ꝓhibere pn̄t ⁊ nō
ꝓhibent ex̄ de ſen· ex̄· q̄tūs· et non tenetur re
ſtituē niſi qn̄tum ad eos ꝑuenit. ¶ Si cōceſſit
vendidit aut locauit aliquā domū vſurarijs
ꝗ alijs ad exercendū fen⁹· ꝙ nō licz. Et ſi priar
che· archiepi· ꝗ Epi ipō facto ſuſpēſioēz incurrūt
Si ſūt alij p̄lati ꝗ clerici ipō facto excōem in
currūt. Si ē vniuſitas· inťdictū incurrit. Et ſi
tales talē ſnīaȝ ſuſtinuerīt ꝑ menſē· terre eoꝝ
etiā ſūt inťdicte ꝙ diu vſurarij ibi morantur.
¶ Si fiēt ſtatutū ī aliq̄ ciuitate· ꝙ vſure ſoluā
tur· vł ſolute nō poſſint repeti· ꝗ repetite non
poſſint reſtitui· excati ſūt q̄ faciūt hec ſtatuta ⁊
q̄ iudicāt ſḿ ipa. ¶ Vn̄ illi q̄ faciūt capitula
cum iudeis· vt dn̄i ⁊ cōitates· continentia ꝙ
poſſint fenerari· ⁊ ꝙ vſure ab eis extorte· non
poſſint repeti in iudicio· ⁊ hmōi· videntur in
cidere in hanc excaconem omēs videlicz dn̄i

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui faciūt hmōi capitula ⁊ ciues q̄ hec ↄſulūt
ex̄ de vſu· ex̄· in Cle. ¶De empcōne denarioꝝ
mōtis florentie· vel p̄ſtitis· veneciarū vel locis
ianue· qꝫ aliq̄ ponūt eſſe vſurariū contractū.
licꝫ alij contrariū teneāt. Et iō memi conſulas
ut faciat. Factū autē ſi potes inducē ut poſt
mortē ſuam ⁊ vnius alteri⁹ ſinat ↄitati vel ptē
det paupibus bonū erit. Si non vult adherēs
opinioni cōīrie nō facile ↄdempnes. In hmōi
eni ſm doc· non eſt p̄cipitāda ſentētia.

SI q̄s falſificat teſta· ¶De vſurpacōne.
mentū defunctoꝝ aut aliud inſtrumentū aut
lrās vel peticōes aliq̄s· aut aliquo taliū ſcient
vtit· vid᷑ mortale ⁊ tenetur ad oē damnū qd
inde ſequit. ¶Si quis falſificauit lrās ppales
vel talibꝫ falſis ſcient vtitur· eſt excatus· cui⁹
abſolucō pp̄e reſeruat. Sed qui ex falſa cauſa
ſuggeſta· obtinuit aliquā lrām in Curia· que
cauſā ſi fuiſſꝫ expſſa· nō obtinuiſſet petita· vel
qd ex illis lrīs recepit. Licꝫ non ſit excatus· tñ
tenetur ad reſtitucōnem illi⁹ quod ſic recepit.
¶Si q̄s in bullis papalibꝫ appomit ꝉ remouet
vnam lrām vel pūctum· ſm hoſti· eſt excatus
excacōne ppali que fit in curia· nam in iure cōi
hoc nō hetur. Et hoc ſi bulle hūt vigorē. Nā ſi
expiraſſet earum vigor aut valor utputa quia
ↄtinebat grāꝫ ad tpus ↄceſſam· ⁊ iā expirauit

illud tpus. q2 si tūc totū raderet. non ꝓpterea incurrēt quis excacōem. ſm Rich. ¶ Si quis falſificat lrās aut ſigilla p̄latoꝝ aut ꝯitatis vł dn̄oꝝ. vltra mo͛le tenet ad ſatiſfactōem oīm damnoꝝ inde ſecutoꝝ. Idē de falſificāte quecū q3 libꝝ uł ſcripturā in damnū alioꝝ. ¶ Si q̄s fecit alchamiā aut falſificauit monetā. quia ultra mortale tenetur ad reſtitucōz. Idē ſi falſ ſcient vtitur ꝛ ſi in hoc deceptus fuit. ¶ Si q̄s falſificauit menſuras uł pondera ciuitatis vel ſcient illis falſis vtitur vltra mortale tenetur ad ſatiſfactōem damnoꝝ inde ſequētium.

¶ De. 8. p̄cepto. ſ. Non loquaris ꝯtra ꝓximum tuum falſum teſtimonium. Et primo de menda cio perniciōſo. 20

SI dixit mendaciū pniciosū. id ē quod eſt contra honorē dei ut in hijs que ſūt fidei vel in damnum notabile proximi ſpūale vł tēporale. quia mortale eſt verbi grā Si dixit fornicacōem non eſſe peccatū ꝛ vſurā aut hmōi. vel. Si negat ſe vel alium eſſe debi torem proximi cum tamē nouit ſe eſſe debito rem aut aliū. ꝛ hmōi. ¶ Si dixit mendacium in iudicio interrogatus a iudice quia mortale eſt. ¶ Si dixit mendacium in cōfeſſione de ne ceſſario ꝯfitendis quia mortale eſt. ¶ Si dixit mendaciū in p̄dicacōne ſtudioſe. q2 mo͛le eſt

niſi ex ſurrepcōe ſubitanee locucōis impmedi
tat9. ¶Si mēdaciū dixit ad laudandū aliquē
vel adulandū alicui. ¶De mendacō iocoſo.
SJ dixit mendaciū iocoſū v cauſa ſolacij vl
ad vtilitatē aliquā inde cōſequendā ſpūalem
vel tpalem ſine nocumēto alterius. qd eſt ve
niale. ¶De mendacō officioſo. DJ pſona
q dicit mendaciū etiam officioſū eſt pſona au
ctoritatis vel magne reputacōis ſeu pfectōis
poſſet p accñs tale mendaciū eſſe mořle ſi viz
ɔſequantur inde magnū ſcandalū in mentibz
hoim. ¶Si dixit falſū teſtimoniū cōn aliquem
in iudicio. vel accuſauit iniuſte. vltra mortale
pccm. de oi damno leſo tenet etiā ad reſtitucō
nem fame. ſ. ut dicat ſe falſū dixiſſe poſtq̄ ille
eſt punit9 non tenet ꝓpter piculum quod ei
imminet. ¶De detractōne. DE detractōe p
quā aufert fama alteri9 multiplicit etiā intro
gandū eſt viz. Si quis imponat alteri aliquod
falſū qd ſit pccm mořle quia peccat mořliter et
tenet ad reſtitucōnem faciendā niſi ex hoc im
minet ei magnū piculum. ¶Si ad pccm alte
rius qd narrat addit aliqd nōbile ultra pec
catū tūc tenetur ad reſtitucōem ſi illud impor
tat infamiā. ¶Si pccm alterius mořle cū eſſet
occultū manifeſtauit alijs ad infamandū pec
cauit mořliter. et tenet ad reſtitucōem inqntū

pōt niſi illud crimen poſtea p aliā viam eſſet publicatū. ¶ Si pccm alterius occultū manifeſtauit non intencōe famādi. vel alias nocendi ſed ex quadā loq̄citate nō vid᷑ mortale. Per accidens tamen vꝫ. ſi ex hoc ſequētur diffamacō illius. ut q᷑ audiētes publicāt. ¶ Si accuſauit in iudicō ł denūciauit plato crimē alterius non zelo iuſticie. ſed ex maliuolentia peccauit mo᷑liter. ſ; ad reſtitucōnem fame non tenetur ſeruato ordine iuris. ¶ Si fecit libellū famoſū id eſt cedulas ſiue ſcripturas in detractōnem alterius ponens in loco publico ut legantur ā etiā caucōnes ꝛ hmōi quia mo᷑liter peccat ꝛ tenetur ad reſtitucōnem. ¶ Si pccm alterius etiā manifeſtū narrat ex odio vel intencōne nocendi pccāt mo᷑liter. ſ; ad reſtitucōnē fame nō tenetur. Si aūt ex loquacitate venialiṫ peccat. ¶ Si de factis alioꝝ que ſūt venialia ↄiter recitauit ex loquacitate vel aliq̄ indignacōne non eſt mortale niſi intenderet ſic diffamare ¶ Si ſignificauit pccm alterius mortale ꝛ occultū prelatis vel pn̄tibus vel ↄfeſſoribus aut alijs pſonis maturis. q̄ poſſunt illū peccātem impedire ne amplius ſimile faciat. vel q᷑ nō ſiat ſi adhuc nō fuerit factū. puta ſi timēt hoīcidiū ab illo fieri. quod ſignificauit. ꝛc̄. q᷑ non eſt pccm ſ; caritas. ꝛ nō tenetur ad reſtitucōꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fame maxime cū verū ſignificauit. Secus ſi fal
ſum ſignificaret. ¶ Si falſū dixit de aliquo. deb₃
accedē illū vel illos corā quo l' quib₃ hoc dixit
⁊ dicē corā eis falſū ſe dixiſſe. nec excuſatur ꝙ
hoc ſit ei verecūdia magna. Si autē verū dixit
ſ₃ non iuſte vel bene. nō debet dicē ſe falſū dixiſ
ſe ꝗꝛ hoc tūc eſſet mendaciū. ſ₃ deb₃ dicē. iniu
ſte et male dixiſſe. ¶ Si quis narrat crimen
alicuiꝰ ꝑut audiuit. dicēs. ſe ſic audiuiſſe dici
ab illo. lic₃ ſit occultū. ⁊ hoc ex leuitate vl' etiā
loq̄citate. non vid᷑ mortale. neq₃ teneri ad re
ſtitucōem fame. S₃ eſt dubiū de illo. ¶ Si bona
facta alicuiꝰ dixit mala intencōe facta. ſ. ꝓpter
ypocriſim vl' ſupbiā vel hmōi intendēs eū in
famare peccat mōꝛliter. Idē ſi negauit bona fa
cta. Idē etiā ſi taceat bona alicuiꝰ que ſcit. cū ē
necāriū q̄nq₃ ad liberacōem ꝓximi. ¶ Si audi
uit infamacōes ⁊ diffamacōnes alioꝝ ⁊ in hoc
delcātur peccat mōꝛliter. Si aūt non delectatur
in infamia. ymo diſplicet ſibi infamaē alios ſ₃
tn̄ delcātur de loq̄citate. non vid᷑ mōꝛliter pec
care. In p̄latis tn̄ qui pn̄t ꝓhibere talia cum
aduertūt ⁊ non faciūt eſt mortale. ·21·

¶ De nono p̄cepto. ſ. Non deſiderabis vxorem
P
Rimo nō de cogita- // proximi tui.
ciombus cir̄ Luxuriā. ꝙ cogitacōnes
cōmittendi aliq̄d pccm̄ luxurie. q̄ndo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fūt cū cōſenſu rōnis ſemp faciūt pccm̄ mořle ⁊ ſpecialit̄ ↄtra iſtud p̄ceptū. Et ſūt diuſa⁊ ſpecie⁊. ſic etiā opa carnalia licet non ita graue mořle faciat ſimplex ↄſenſus ſicut op⁹ exteri⁹ Cū ergo dicit penitēs habuiſſe cogitacōnes quibꝫ ↄſenſit rōne. Jnt̄roget ↄfeſſor cū quibꝫ pſōis. ſeu erga quas pſonas habuit hmōi cogitacōnes. q͛ ſi erga ↄiugatā dixerit. q͛ adulteriū ē. Si vero erga ſolutā ⁊ ipē ſolutus fuerit q͛ fornicacō ē. ſi erga ↄſangneā. q͛ inceſtus ē ⁊ ſic de alijs. ut ſup̄ dictū eſt in. c. de 6. pcepto Jnſup int̄rogādus eſt penitēs quotiēs hmōi habuit cogitacōes. q͛ totiens peccauit mořlit̄

¶ Jtem ſi p interualla tpm hoc fecit puta deſiderat nūc cū ↄſenſu racōnis ↄmittē fornicacōem cū aliqua. poſtea ſe occupat in aliquo alio negocio. ut viꝫ cogitat de gubnacōne domus ſue vel hmōi. ⁊ exinde ite⁊ delibat fornicari. q͛ iterū peccat mořliter. ⁊ ſic deinceps. Sꝫ ſi continue verſatur in tali cogitacōe viꝫ p horā plus aut minus. vnū peccatū eſt. ſed tanto graui⁹ quāto diutius. ¶ Si mutat cogitacōeꝫ de vna ad aliā pſonā. uł ad diuerſā ſpēm cū eadem pſona uel deliberans de p ſe ſemp de nouo peccat mořliter. Vnde ſi centum mulieres vidēt vnā poſt aliam. ⁊ ad quālibꝫ ſpecialit̄ determinaret aīm ſuum. centum mortalia cōmitteret

Secus ſi vna cogitacōne omnes appetēt· quia ut ſic vnū eſſet pccm· habēs tn̄ deformitatem tot peccatoꝝ· ¶ Item ſi diebus feſtiuis hmōi habuit cogitacōes diſcurrendo p eccias ꝛ puocando mulieres ꝛ ſi filocaptus ex aliq̄ ſecutus eſt eā· ꝛ qn̄to tpe· ¶ Item qd̄ dr de viro erga mulierē· idē ſemp dicendū eſt de muliere erga virū· ¶ Item de delcātione moroſa habes·ſ·in ·c·de Luxuria· ¶ Si mulier ꝯtentatur hr̄e amatores· ꝛ cū perpēdit vl̄ cōſiderat aliquē eā pcari· ſeu amare carnalit̄· ponit ſe ad feneſtrā· vl̄ vadit ad aliquē locū ut videatur ab eo· vel ponit ſe in eccia vl̄ alio publico loco vbi diſcurrūt iuuenes· ad prouocandū eos in ſui amorem· qꝛ mortale eſt· etiā ſi non appetat peccare cum eis· cū occaſionē ruine preſtat· ·22·

¶ De·x·pcepto·ſ·Nō ꝯcupiſcas rē pximi tui·

De cogitacōe ſeu deſiderio hn̄di res alienas nō· qꝛ vltra peccatū operis iniuſte vſurpacōnis diuerſarū ſpecierū de quibus dictū eſt·ſ·in·c·de·vij·pcepto· Interrogandum eſt etiā de deſiderio habito cir̄ res alienās hn̄das ſeu acquirēdas mō iniuſto· qꝛ tale deſideriū ſiue cogitacō· ſi cū ꝯſenſu rōnis eſt ꝛ alicuius rei nōbilis ſemp eſt mōrle· et eiuſdē ſpēi cuiꝰ eſt opus illiꝰ iniuſte acquiſicōis· vbi gr̄a Si deſiderat aliqd habē ex vſura· ſpēs vſuré eſt

Si p rapinā. eſt rapina. Si p viam occultā. eſt furtū. ⁊ ſic de alijs. Et ido ītrogand⁹ eſt quō deſideravit hre rem alienā vt habeat ſpēcies pcci q̄ necāria eſt ↄfitenti. Jn hijs tū peccatis cordis tm̄ non tenet quis ad reſtitucōēʒ niſi opus fuerit ſecutū. Nota etiā ꝙ cū q̄s ī qn̄tū cū ꝗ mīmo ope dāmificat ꝓximū per quecun ꝗ etiā modū. Si habet ꝓpoſitū eciā ī multo dāmificandi ſi poſſet peccat mortaliter. Vnde ementes ⁊ vendētes. qn̄cūꝗ pati ſunt decipe ꝓximū ī multo ſi poſſent cōmode. mortaliter peccāt licet actu ī modico decipiūt.

¶ Sequitur ſcda pars hui⁹ tractat⁹ q̄ tractat de vicijs capitalibʒ ⁊ ſpeciebʒ et filiabʒ eorū.

## ¶ Et Primo de Supbia. 23

Superbia ſcdm greg. eſt mr̄ oīm capitaliū viciorū. et eſt viciū multum ſubtile et difficile ad cognoſcendū et conſiſtit ī appetitu īordinato proprie excellentie. Et habet q̄tuor ſpēcies ſiue modos. de quibʒ potes ītrogare prout videbitur expedire ſi tamen penitens ītelligat.

¶ Prima ſpecies. Si viʒ. bona que habuit naturalia vel ſpūalia. aut temporalia. ſibi attribuit ⁊ non a deo cadē recepiſſe recognovit.

¶ Secūda ſpecies. Si bona ipſa a deo recepiſſe cognoſcens principalit. eſtimat tamen ſe ea

meritis ꝓprijs recepiſſe ut ꝓpter ſuã induſtriã vel ingeniũ aut prudẽtiã· vl' ꝓpter ſua ieiunia aut orõnes ⁊ hmõi. ¶ Tercia ut ſi ea bona q̃ non habuit reputauit ſe hr̃e. ſ. cum eſtimat ſe hr̃e multũ hũilitatis caritatis pacie· ſapiẽtie ⁊ prudẽtie ⁊c̃. ¶ Quãta· ſi ẽputauit ſe meliorẽ ceteris alijs· cõtempnens eos ſiue deſpiciens.

In qualibʒ harũ ſpẽrum põt eſſe mortale vl' veniale· ſcd̃m ꝙ rõne cõſentitur vel non.

¶ De pſumpcõe.

Si fuit preſũptuoſus ponendo ſe ad faciendũ vl' dicendũ que ſũt ſup̃ vires ſuas· vl' nõ ptinẽt ad cõdicõnem ſuã vel in ſpũalibʒ vl' etiã in tpalibʒ· utputa ſecularis iudicando clericũ· vel eos q̃ non ſũt ſibi ſbditi vel de hijs in quibus non habet ptãtem quia peccauit mõrliter. ¶ Si poſuit ſe ad faciendũ ea exercitia ad que non erat aptus· ⁊ vnde põt venire piculum ſpũale vel tpale alteri· vt ſi medicus ignarus poſuit ſe ad medicandũ. Aduocatus ignarus ad aduocandũ. Cõfeſſor ignarus ad audiendas cõfeſſiones· ⁊ hmõi· ꝙ peccauit mõrliter. Secus autẽ ſi cõpetenter de illa arte erat peritus nõ tamẽ excellens. ¶ Si pſumens de ſcitate ſua vel de virtute· expoſuit ſe piculo peccõrum· vt vadens ad loca inhoneſta vel frequẽtans cõuerſacõnem cũ mulieribus ſpecialit' leuibʒ ⁊ alia hmõi vbi de facili poteſt

labi in mo͞rle. ¶ Si nimis p̄ſumēs de ſe non ꝓ
uidet de nc̄c̄tatibus vł piculis occurrētibus
ſp̄ualibus ⁊ corpalibus. expectans effectū mi
raculoſum a deo. vtq̄ ſanet eum infirmū ſine
medicinis vel miniſtret ei cibum ſine labore.
quia mortale eſt et dicitur temptare deum. Si
milit̄ ſi ſit predicator ſine ſtudij ꝓuidentia vel
doctor aut conſul. r̄ndendo vel conſulendo
improuiſe. ¶ De ingratitudine.

Ingratitudo. q̄ reperitur in oī pcc̄o mortali eſt
ſicut circūſtantia aggrauās ipm. quia vbi hō
ſemp debet ſeruire deo. eum offendit. Eſt tn̄
etiā vnū ſpeciale pcc̄m. Jnq̄ntum. ſ. recipiens
bn̄ficia a deo vł ab hoīe. nō ea recogitat regra
ciari ⁊ recōpenſare. vł quod pei⁹ eſt in mente
vilipēdit bn̄ficia recepta. vł murmurat de eis
vł iniuriat̄ benefactori. Cōiter tamē reperitur
mixtum cum aliquo alio gn̄e peccati. qn̄q꜠ eſt
mortale ⁊ qn̄doq꜠ veniale. ¶ Interrogetur er
go ſingulariter ſi recogitauit ſi regratiatus ē
ſi recompēſauit ⁊c̄. Item ſi ea vilipēdit. ſi mur
murauit de illis. vł ſi illi bn̄factori iniuriat⁹ ē.

De inobediētia etiāinter. ¶ De inobedientia
rogandū eſt. Si viꝫ. non obediuit ſupioribus
ſuis ſp̄ualibꝫ ⁊ tpalibus. legibus canonicis
vel ciuilibꝫ rōnabilibus ſtatutis. aut ſtatutis
ſinodalibꝫ aut ꝓuincialibꝫ. aut etiā ordinacōibꝫ

ſupioꝝ hñtiũ vim p̄cepti vł p̄cipiendi· ut qñ mandat̃ verbo aut ſcripto· hoc vel illud ſeruari in virtute obediẽtie· vel ſub pena excõis vł alijs penis grauib; ⁊ hmõi equipolẽtibus qꝛ mortaliter peccauit· Jn alijs autẽ ordinacõib; ſimplicit̃ factis tñſgrediendo eſt veniale niſi fiat ex cõtemptu qꝛ tũc eſſet mortale qñtumcũq; leuib;· ¶ Si nõ obediũt dñicis p̄ceptis de quibus· ſ̃· tractatũ eſt vel ꝓprie conſcie· ¶ Si non p̄buit debitã reuerentiã maiorib; ſuis vel dñis ſpũalib; et tpalib;· ¶ Si obediũt alicui ſupiori illicitis qꝛ vterq; peccauit·

¶ De ſciſmate·

SCiſma cõmittit̃ cũ quis recedit ab obediẽtia ſcẽ Romane ecc̃ie ſumens ſibi aliud caput vel ſequens aliũ ppam q̃ canonice electũ· niſi eẽnt duo electi quoꝝ quilib; hr̃etur a ſuis ſequacibus p papa ⁊ neſciret̃ dare quis eoꝝ canoĩce eſſet electus· qꝛ in hoc caſu videtur excuſari populi· ſi non tamẽ ſunt ptinaces· ſ; parati ſemp obedire illi vel adherẽ quẽ ſcient̃ ſcirent verũ papã· qꝛ alias mortaliter peccarẽt· ¶ Si q̃s imitit̃ ordinacõib; factis a ſciſmaticis qꝛ eſt excatus ex̃ de ſen· ex̃· c· i·

¶ De infidelitate·

DE infidelitate iudeoꝝ ł paganoꝝ vł heticoꝝ quorũ qdlib; eſt grauiſſimũ pccm ducens ad dampnacoẽm non oportz hic dicẽ· Inter hos ſolũ heretici ſunt excati· ſ; et cũ alijs· precipue

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iudeis nō debꝫ hr̄i nimis domeſtica cōuerſatio
et ꝑcipue p·lote. Potes tn̄ interrogare ꝓut
vidꝛ. ſi habuit aliqđ dubiū in hijs que ſunt
fidei vt de ſacramēto altaris ⁊ hmōi. ⁊ ſi de hoc
habet diſplicentiā non curandū. Si aūt volun
tarie ⁊ ſponte dubitat eſſet mo͛rle. ¶ Hereticꝰ
quilibꝫ eſt excatus et non pōt abſolui citra ſe
dem apl̄icam ut patꝫ in proceſſu. ¶ Item cre
dens. receptatoꝛ vel fautoꝛ hereticorū ſimiliter
eſt excatus ut ex̄ de he͛ticis. ¶ De ambitione.
DE ambicōne que ꝓcedit ex ſupbia ⁊ impoꝛt
inoꝛdinatū appetitū honoris ⁊ multum repitur
in prelatis ⁊ dn̄is etiā interrogandū eſt ut. ſ.
Si deſiderauit aliquā dig͛tatē. vl̄ bn̄ficiū cura
tum. rōne deliberata pn̄cipaliter ꝓpter hono
rem vl̄ vtilitatē tpalem peccauit moꝛtaliter.
¶ Si deſiderauit dignitatē vl̄ officiū ꝰ bn̄ficiū
ecc̄iaſticū vl̄ ſeculare ad qđ eſt indignꝰ ⁊ inep
tus. utpote ignarus vl̄ crimioſus et hmōi. ꝗ
peccauit mo͛rliter. maxime Si deſide͛auit hmōi
etiā faciendo cōn̄ precepta. ¶ Si queſiuit ho
norē de quacūqꝫ re ita inoꝛdinate ꝗ ibi ꝯſtitu
erit finem. mo͛rle eſt. In alijs caſibꝫ tn̄ veniale
DE deriſione que aliqn̄ ꝓcedit ¶ De deriſione
ex ſupbia etiā int͛rogandū ē. ſi viꝫ. deriſit ſac͛
mēta ꝰ verba ſacra. l̄ alia dīna vilipendēs ea ꝰ
ſcōs viros. ꝰ p̄latos· ꝰ pſoās r͛ligioſas ꝰ pntes

aut volentes deo ſeruire ut ſic retrahēt eos. qꝛ mortaliter peccauit. ¶ Si ſtudioſe deriſit ali quē intendēs ex hoc iniuriā eius et viliſicacōez vel nōbilem pturbacōnem eius vel deriſit deſe ctuoſos ſenſu vel corpe ut eos facēt pturbari quia mōꝛliter peccauit. Secus ſi ex leuitate et tā io ci et ſi nullū ex hoc pturbauit. ¶ De iudi

Si viz. ſacta alteri⁹ q̄ du- cio temerario. bia fūt quo aīo fiāt in malā partē īt̄pretat⁹ eſt. ¶ Si deliberate iudicauit aliū de pccō mor tali. ſine ſignis ſufficientibꝫ ad iudicandū ma liciā illius qꝛ mortalit̄ peccauit. ¶ Si iudicauit de veiali deliberate. venialit̄ peccauit. Idē etiā ſi iudicauit de mortali ꝟ non deliberato animo

Si fuit curioſus cir̄ ꝯdi- ¶ De curioſitate cōez intellectuiā. vt q̄rendo ſcire q̄ ſūt. ſ. capa citatē ſuā. ut de trinitate. de p̄deſtinacōne et ſi milia. vel q̄rendo ſcire parū vtilia. et dimitten do multū vtilia et magis nccāria. ut querendo ſciam aut aliq̄d ſcire. ſolū ad ſciendū nō autē ad hoc. ut deū ex illo ꝯgnoſcat vł ad aliā vtili tatē. quia pccm eſt. et q̄nq̄ mōꝛle et q̄nq̄ veni ale vł q̄rendo ſcire aut ſciam ab illis a quibus non debet querē. ut a demonibꝫ vł p ſortes qꝛ mōꝛliter peccauit. ¶ Si q̄ſiuit ſcire mala et va na. ut cātilenas incātacōes aut ſimilia. ¶ Si fuit curioſus cir̄ vſus ſenſuū. ſ. vel aſpiciendo

vel audiendo·vel odorādo·vel guſtando·vel tā
gendo aliq̄ ſine neċċitate vel vtilitate·ſʒ ſola de
lectacōe ſentiendi·ſine tn̄ aliq̄ deformitate·qꝛ
pcc̄m eſt ⁊ cōiter veniale. Si vero cū deformita
te pōt eſſe moꝛle. ¶ Si iuit ad videndū ſpecta
cula mūdana ⁊ officioſa ut torneamēta·haſti
ludia ſeu ad videndū currē ꝓ brauio ⁊ hmōi
Nā ſi in hmōi eſt piculū mortis ſpūalis vel coꝛ
palis·ut qn̄ ſūt ſpectacula repn̄tatiua turpitu
dinis·vel cū in illis pōt recipe leſionē aliquā
nōbilem coꝛpis·moꝛle eſt·et multo maius in
exhıbente hmōi ſpectacula·vel pbente occaſionē
ad ea·alias eēt veniale niſi ꝑpter hmōi aliq̄s
ita delectaret̄ qꝙ mēs ei⁹ a deo auertēt̄ur. Jta
viʒ qꝙ eēt paratus trāſgredi p̄cepta dei ⁊ ecc̄ie ut
illa aſpicēt aut facēt. Et hoc idem intellige de
quocūqʒ pcc̄ō qꝺ ex ſe eſt veiale qꝛ p hūc mo
dum pōt effici moꝛle. ¶ De adulatione.

De adulacōe·q̄ cōiter ē ſcādaliſatiua ⁊ ꝯſiſtit
in hoc qꝙ q̄s verb̄ vel factis ſuis inoꝛdiāte intē
dit placē alijs ad beniuolēciā capiendā. Et ſi
in malo adulatus ē criminali puta laudās ali
quē de vidicta facta vel de turpitudiē ⁊ hmōi
qꝛ moꝛle eſt. ¶ Si adulat̄ vel laudat aliquē in
tendēs eū decipe ⁊ p̄cipue·nōbiliter in aliquo
in ſpūalibꝫ vel tpalibꝫ ē moꝛle. Secus ſi aliq̄d
iuſtum intendit ab eo habere vel quid paruū

recipe p mod doni. ¶ Si nimis laudat aliquē ex quo ille ſūpſit occaſionē ſupbie vel inanis glorie diter eſt venïale. pōt tñ aliqñ eſſe mortale. ¶ Si aūt laudat aliquē ad magis excitādū illū ad virtutes. vel ad cōfortandū cum in tribulacōe a tēptacōe fuerit. obſeruatis tamē debitis circūſtātijs ē veiale. ¶ De inani gloria

De inani gloria. q̄ pcedit ex ſupbia. a importat inordinatū appetitū laudis hūane. ſeu inordinatā ꝯplacentiā eius cui offertur. a cui ſit aliqd opis. pncipalit ꝓpter laudē ꝓpria; amittitur meitum ei⁹ a pccm incurritur. Et ĝ interrogand ē ſm ſtatū hoim de diuerſis materijs in quib; hoies querūt ſibi laudē. ut a doctoē de ſciā a doctrina. a ſcolarib; de ingenio a diſputacōne. a rcōre de regimie. a muliere de ornatu a pulchritudine a hmōi. ¶ Si opera ſua in genere bona. ut ieiunia elemoſine a hmōi quaſi oia ad laudē hūanam fecit. mortale vid cū ibi conſtituit finem ſuum. Si tñ pura intencōne a iuſta fecit opa bona. a audiēs ſe inde laudari ſumpſit cōplacētiā de laude ſua vid veniale.

¶ Si q̄ſiuit laudē a gloriā de ope pcci mortal mortalit peccauit. a hoc ſi ſm rōem deliberatā hoc egit. Secus ſi ſcdm motū ſenſualitatis. vel etiā ſi de aliquo veniali gloriat. ¶ Si ita inordinate appetit laudē a gloriā de aliquo ope qꝫ ꝓpt

eā ꝯſequendā patus eſt facē cōn̄ aliqd̄ precē
ptorū dei· quia peccat mōꝛliter. ¶ Si gloꝛiatus
eſt de foꝛtitudine aut pulchꝛitudine aut ſani
tate coꝛpis· ꝗ de memoꝛia aut intellectu p̄ſtāti
aut de ſpūalitate· aut grā ſpūali· vel de pntela
ꝛ ſaḡnis nobilitate· ꝗ de potencia vł dn̄io ſeu
ꝓſperitate· de ſcīa· de diuicijs. de eloquēcia· de
artibꝫ· de cantu· ꝛ ceteris hmōi· ꝗ gloꝛiatus eſt
de viſitacōne ciuiū vł de reuerēcia ſibi facta· ꝗ
de ſequela famuloꝛū ꝛ ceteris multis hmōi.

De immodeſtia. Et ¶ De immodeſtia viroꝛū
p̄mo viroꝛū in oꝛnatu· que ꝓcedit ut freqn̄ter
ex inani gloꝛia· poſſet tn̄ ex alijs cauſ ꝓcedere
Vnde interrogandū eſt ſi nūq̄ veſtitus ſit hitu
religioſoꝛū in deſpectū eoꝛū· vł in ludis vanis
ꝛ inhoneſtis· qꝛ ſi hoc feciſſꝫ grauiť eēt puniē
dus· ar. ex̄. de epi· audi· vel mime. ¶ Si ex la
ſciui ꝛ vanitate vſus eſt veſte muliebri quia
grauiť peccauit. ¶ Si ad oſtentacōeꝫ ꝛ inanē
gloꝛiā ſupfluū habuit oꝛnatū· ꝛ ſupfluū appa
ratū in veſtibꝫ· viꝫ ſi veſtit⁹ eſt biſſo ł purpura
cū ad hoc nō ſit autoꝛiſat⁹· vel veſte racamata
ꝗ picturata faleꝛib; ꝗ radijs ꝛ hmōi· vel ſi cirē
veſtes cōpoſitas appoſuit nimiā ſollicitudinē
ꝛ ſi de hijs ſupbiuit ꝛ gł'atus ē· mōꝛle eſt ſi tā
inoꝛdinatā delectacōeꝫ habuit ex hijs ad lau
dem ꝛ gloꝛiā inanē· q̄ non curauit tranſgredi

mandata dei ꝛ ecc̃ie ¶ Similiť ſi dicto mō vſus
eſt veſtibꝫ diuiſatis ꝛ diuerſis coloribꝫ cōſutis
vł trappatis. ¶ Si talibꝫ veſtibꝫ et ſupfluis or
natibꝫ vſus eſt ad inducēdū mulieres ad ſui
ↄcupiſcētiā ex̄ tamē mr̄imoniū. qꝛ mortale eſt
et dico ex̄ mr̄imoniū. qꝛ vxor pōt ſe ornare vt
marito ſuo placeat. ꝛ ecoñ maritus vt vxori.
abſqꝫ tamē pc̄cō. et honeſto mō tn̄ fieri debet
ille ornatus. ¶ Si coram mulieribꝫ ſtetit aut in
ceſſit. inhoneſte veſtitus demōſtrando femora
lia ꝛ alia inhoneſta incitātia ad libidinē. ¶ Si
nouā inueit portaturā in veſtibꝫ ex laſciuia et
vanitate. ¶ Si radi fecit barbā ſepius cauſa
laſciuie ꝛ vanitatis. Si ad oſtentacōem et ina
nem gloriā vel ſupbiaꝫ habuit ſupfluū ornatū
ꝛ apparatū in equis. ſellis. frenis. aut vtēſilibꝫ
domus vt ciphis. lectis. ꝛ alijs rebꝫ ꝛ ſuppelle
ctilibꝫ ornatis. aut ſi alijs ornamentis vſus eſt
pter honeſtā ↄſuetudinē ꝛ decentē ſibi ſimiliū.
vel ſi ad hmoi inanē gloriā domū vel camerā
depingi fecit ſtellis vel roſis aut alijs varijs ꝛ
mūdanis hiſtorijs. vel inhoneſtis picturis ꝛ
hmōi. qđ mōle videꝛ. ¶ De immodeſtia mulieꝝ

DE ornatu ſupfluo ꝛ inhoneſto etiā interrogā
de ſūt mulieres. ſ. de ornatu fucorū. capillature
gēmarū. veſtiū pcioſarū et de foderaturis et
caudis earū ꝛ planellis nimis altis. et pictus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quib; ut freqñter vtũtur mulieres ytalice et
coronis aut balſis capitũ · ⁊ hmõi · in quib; ali
qñ eſt mortale et aliqñ veniale. ¶ Si vſa eſt
fucis ⁊ alijs ornatib; ad oſtẽtacõez ⁊ inanem
gloriã ſui et de hmõi ſupbiuit vł gloriata ẽ qꝛ
mõrle eſt ſi tã immoderatã delectacõez habuit
ad laudẽ ⁊ gloriã illam qꝫ nõ curauit trãſgredi
mandata dei ⁊ eccłe. ¶ Si vſa eſt fucis ⁊ alijs
ornatib; ad inducendũ viros ad ſui ↄcupiſcen
ciã ex̃ mẽtimoniũ quia eſt mõrle indubitãter.
¶ Si ob laſciuiã vł ad placendũ aſpectib; viro
rũ · aut ad cõtemptũ · depilauit collũ ã ſupcilia
aut barbã vel frontẽ · qꝛ mõrle eſt niſi id facet
ad vitandã nimiã deformitatẽ ut nõ deſpiciat
a ſuo legitiõ viro. ¶ Si adhibuit nimiã dili
gentiã; et ſtudiũ ⁊ tpus · ad ornandũ ſe · vł ſi
fecit exceſſum in portatura veſtiũ vltra ſuũ ſta
tũ vel ↄdicõnem · vel nõ ſcdm morẽ ptie vł vſa
eſt veſtib; nimis mollib; ⁊ delicatis quia pccm
ẽ. Et ſi inordinate delectat in hmõi ita qꝫ etiã
ſi ſciret hoies ex hmõi ſui ornatu ſcandalizari
id eſt trahi ad ſui cõcupiſcentiã nõ curaret de
ruina proximi · quia mortale eſt. ¶ Si ex laſci
uia ⁊ vanitate mulier eſt vſa veſte virili · mor
tale videtur eſſe. ¶ Si mulier ſe colorauit vel
aliud figmẽtum adhibuit ad apparẽtem pul
chritudiẽz. Si fit ꝓpter laſciuiã ł ad trahendũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alios ad ſui ↄcupiſcentiaꝫ· qꝛ mortale eſt. Si tñ
aliquã turpitudinē ꝗ maculã aliquã ⁊ hmõi
ex infirmitate aliqua vł alia cã ſupueniente
delere vel occultare conaretur non eſſet pcc̄m
¶ Si ad ↄplacendũ viro ſuo vel ad repiendũ
virũ ſi eſt innupta· vel ne deſpiciatur ab alijs
vel ex aliq̄ leuitate vſu eſt fucis ł alijs oȓmen
tis ſupfluis· nõ eſt de ſe pcc̄m mortale· ꝫ poti⁹
veniale niſi ſit nõbilis exceſſus in hmõi qꝛ poſ
ſit iudicari de occaſioē data tunc alioꝝ· ⁊ nõ
accepta· qđ tamē difficile ē iudicare. ¶ Si co
ream duxit aut corizauit ⁊ qua intencõe ⁊ cũ
quibꝫ· ⁊ quo loco ⁊ tpe· ⁊ ſi cãtilenas cãtauit
⁊ p̄cipue turpes· ⁊ q̄ intencõe· ⁊ corã quibꝫ.

¶ De ypocriſi

SJ ſimulauit ſcītatē hre
pↄiciumũ oȓonem ⁊ hmõi cũ malus eſſet· vel ſi
hoc egit ad ↄſequendã laudē hũanã cõſtitu
ens ibi finē qꝛ mõȓle eſt alias veniale· ñ aliud
vicium adiũgatur. ¶ Si ſimulauit ſcītatē intē
dens p hoc aliquid facē qđ ſit ↄtra honorē dei ł
vtilitatē ꝓximi· ut viꝫ ex hoc poſſit adipiſci lcꝫ
indignus aliquã dignitatē vel officiũ aut bñ
ficiũ vel ut ex hoc decipe poſſit ꝓximũ ſpũalit̄
vel tpalit̄· qꝛ mõȓle eſt. ¶ Si ſimulauit ſcītatē
cũ eſſꝫ malus· ut darentur ei elemoſine· ſic ſcõ
viro vel ꝓcuratoribꝫ ecc̄iarum· ut cerritanis ⁊
ſimilibꝫ qꝛ mortaliter peccauit. ¶ Si ſimulauit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maiorē ſcītatē q̄ᵖ habuit. vl̄ occultauit aliquē defectū ſuū. ⁊ hoc ad edificacōnem proximoꝝ nō eſt pccm̄. vel leue veniale. Si tn̄ hoc facit ob aliqualē vanitatē vl̄ vanā gloriā. veniale eſt. ¶ Si laudauit ſeipſū de aliquo ope peccati quia mortale eſt. ¶ De Jactātia.

SJ laudauit ſeipſū de aliquo pccō mo̅rli mortalit̄ peccauit. Si de veniali. venialit̄. qn̄tum eſt de ſe. ¶ Si iactauit ſe de aliquo ope bono. ſ. de virtute ſcīa. induſtria. vl̄ diuicijs ā potentijs ⁊ hmōi ex ſupbia ⁊ inani gloria mortale ē vel veniale ſcd̄m radicem ipius ſupbie. vel inanis glorie vn̄ ꝓcedit. ¶ Si laudauit ſe. cōtempnēdo alios. vt phariſeus publicanū. mo̅rle vidr̄ ſi aūt ex aliqua leuitate vel vtilitate ꝯſequēda veniale vel nullū eſt. ¶ Si ſe laudauit mendaciter de malo vel bono quod non fecit vel de eo quod nō habuit vel quod nō fuit ꝑpter ſuperbiā ⁊ inanē gloriā. pōt eſſe mortale vel veniale ¶ Si vilificauit ſe verbis vel factis plusq̄ᵖ ſenciat in ſeipō in mēte. dicēs aliq̄ mala de ſeipō q̄ in ſe nō recognoſcit ꝯiter veiale ē et dr̄ yronia

¶ De cōtentione.

SJ cōtendit aduerſus aliquē ſcient̄ contra veritatem in rebus alicuius importancie mortale ē. Secus ſi in rebꝫ paruis et inaduertent̄. ¶ Si contendit pro veritate et nimis inordinate cōiter eſt veniale. poſſet

tū tanta eē inordinatio ꝙ rōne ſcandali cōſe
quentis eſſet mortale. ¶ De diſcordia.
Si habēs tractare aliq̄ cū aliquib; in hijs q̄
ſūt ad dei honorē ⁊ ꝓximi vtilitatē. diſcordiā
habuit ⁊ fecit eo ꝙ male afficitur ad eos cū q̄
bus tractauīt. vel ut eis oñdat ſe non minus
ſcire ꝫ tantū quantū ipi. ꝙ mōrle eſt. Sec⁹ aūt
ſi idcirco diſcordat quia vidꝫ ſibi magis ſcdm
deum ⁊ rōnem qd ipē intēdit ꝙ̄ quod alij. Et
tūc vel non eſt pccm vel leue niſi tū eēt nimis
ꝑtinax. ¶ De pertinatia.
¶ Si fuit nīs ꝑtinax in ſētētijs ſuis diſcrepās
a omnī iudicō ceteroꝝ cōiter ē veiale. ꝫ pericu
loſum ⁊ inductiuū erroris. ¶ Si excuſauit vel
defendit pccm omiſſum ut tanꝙ̄ bñfactū. et ſi
ſcient. ꝙ mōrle ē. ¶ De ſingularitate ſiue ꝑ
Si fecit ſingularita // ſūpcōe nouitatū.
tes in ouerſacōne vite vel in veſtib; vel in cere
monijs vel alijs adinuētionib; pccm eſt. Et ſi
adinuenit aliquā malā oſuetudinē. omia mala
exinde ſequentia ei imputantur. ¶ De ſecū
do pccō mōrli ⁊ ſpēb; ⁊ filiabus eius.
De Jnuidia que ē ſcdm pccm mortale. ⁊
eſt triſticia de alieno bono. inquātū ē
diminutiuū ꝓprie excellentie. ⁊ ſi fit cū
oſenſu rōis eſt mōrle. niſi eſſꝫ de aliqua re pua
Sicut puer inuidet alteri puero. quia plures

hab; fructus et hmõi. Sed ſi fit ſcd̃m motum ſenſualitatis ⁊ cũ diſplicẽcia rõnis eſt veniale vel nullũ. etiã de re nõbili. Eſt ergo interrogandus penitẽs ſcd̃m ſtatũ ſuũ de hmõi viz. ¶ Si p̃latus alteri inuidit de maiori p̃lacõne ⁊ dignitate. Si officialis. de digniori ⁊ meliori officio. Si doctor de maiori ſciã vel cõcurſu. Si ſcolaris de acutiori ingenio alteri⁹. Si curialis de maiori acceptacõne coram dño. Si mercator de maiori credito. Si nobilis de maiori honore et reputacõne. Si ſpũalis de maiori deuocõne. reputacõne vel fama. Si vicinus de maiori honore vel familia vel diuitijs. Si mulier de maiori ornatu vel pulchritudine. aut de marito vel filijs ⁊ hmõi. Si artifex de artificijs. vel de maiori lucro. ⁊ ſic de alijs. qꝛ totũ eſt inuidia et peccatũ mortale. Si tñ quis dolet de bonis proximi. nõ ex eo. qꝛ ille ea habeat ſꝫ de defectu ſuo. qꝛ. ſ. ipẽ eis caret. eſt tñ cõtentus proximũ illa hr̃e nõ eſt inuidia. Similiť etiã ſi dolet de bono inimici. ex hoc ſolũ quia timet ſibi ex hoc nocumentũ venire. nõ ꝓprie pertinet ad inuidiã. ¶ De odio

Odiũ eſt filia procedens ex inuidia. Vnde interrogandum eſt. Si habuit odium ad deum quia flagellauit eum infirmitate vel penuria aut aliquo ſimili. vel quia impediuit ei⁹ mala deſideria vel ꝓpter aliã cauſam qꝛ mortale eſt

Si habuit odiū ad primū desiderans malū eius ſiue ſpūale ſiue tpale vel gaudens malo illius ⁊ ſi eſt malū nobile quod ipē appetit. rō ne deliberata. mortale eſt ſiue malū ſit in pſona vl' in fama vel in ſba. vel aliomō. Secus aūt ſi nō ꝯſentit racō. vel ſi quid nō multū damnoſū malū appetat. Si doluit ex eo ꝙ inimic⁹ eius nō ſuſtinet aduerſa ſʒ pſpera eius ſemp vidit Si autē deſiderauit malū alteri puta infirmita tem in bonū eius ut bonus ꝓpter hoc efficiat vel ne aliJs noceat nō eſt odiū. Item interro gandū eſt hic ⁊ inueſtigandū caute. Nā laici omēm diſplicentiā ſolent appellare odiū. qd tamē non eſt. niſi mō iam dicto. Item odiū quod hūt con̄ vnū reputāt tantū vnū pccm Sʒ nota ꝙ ſicut in aliJs ſic ⁊ in illo quociēs re uocādo iniuriā mēte de nouo odiū habuit ad illū cū conſenſu rōnis. tociens peccauit mortalit̄ Et ideo interrogandū eſt de tpe in quo odiū in eo pſeuerauit ⁊ quō frequent̄ odiuit. Item nō ꝙ non oportʒ. ymo nō debet illi petē veniā de hmōi odio mentali niſi illū offendiſſʒ verb aut aliJs modis ab ex̄. quia tūc tenetur veniā petere.

De ſuſurracōne.

De ſuſurracōne. q̄ eſt ponē diſſenſionē ꝓpter malā intencōem int̄ amicos vel cōſangneos de vno. dicēs mala alteri. et econ̄. vel referens

ſtudioſe que poſſunt odiū cauſarē. et hmōi qr
mortale eſt. vt frequēter ſolet facere nurus contra
ſocrū et ecōtra. Si tū dixit aliq̄ vnde orta eſt diſ
ſenſio inter amicos vel cōſagneos non hoc in
tendens ſed qr incaute locutus eſt. de ſe non eſt
mortale. ſed pōt eſſe rōne ſcandali. ¶ Si qs tan
tū intendit malā amicitiā vel cōuerſacōem alicu
cū aliquo ne alias decipiat cōgruis modis nō
eſt malū. ¶ De exultacōe in aduerſis proximi.

SI vides damna et mala fieri hijs quibus inui
det. vel ad quos odiū habet. letatur. deliberato
aīo. de malo illorū eſt mortale Secus ſi nō delibe
rato aīo letatur. aut de malo inimici nō inquītū
malū eſt. ſed inquītum nō poterit ei nocere pōt
eē ſine pccō. ¶ De triſticia i pſperis proximi.

TRiſticia in proſperis proximi. differt ab inui
dia in hoc. quia inuidia triſtatur de bono proxi
mi. et propter hoc cogitat. et deſiderat quō mala
hēat. Sed cōtingit ſepe qr nō patitur ille dāna
que ei appetit. ſed magis proſpa ſibi cōtingūt et
de hoc tunc amplius triſtatur. et eſt mortale
ſi tamē fit cum conſenſu rōnis. ¶ De detractō
ne etiam filia inuidie habes ſup̄ in. c. de octa
uo precepto.

¶ De tercio pccō mortali .ſ. Jra nec nō ſpeciebus et

IRa Eſt appetitus vindicte. et vi // filiabus eius.
cium capitale quod frequenter miniſtratur

cū odio. Vnde īterrogand9 eſt de ea ut ſequitur
¶ Si viz ꝓpter aliquē defectū in ſe vel in alterū
ↄmiſſum deſiderauit vindc̄am ſeu punicōem
alicui9 quōcunq; vel a ſe vel a deo. vel ab alio
ſolū intendēs ſatiſfacere aīo ſuo irato mořle ē.
ꝛ hoc qn̄ intendit iſtā punicōem abſq; ordie
rōis. ꝛ etiā ſi nōbile malū intendat cū ↄſenſu
rōis. qꝛ alias veniale eēt. ut ē ira pr̄iſfamilias
in gubernanda familia ſua niſi tū illa fiet mō
pſcripto. ¶ Si iratus ↄtra ſeipm ꝓpter aliquē
defectū. turbatur ↄtra ſe. qꝛ veniale ē. ¶ Si ira
tus cōtra deū ꝓpter aliqd flagellū murmurat
corde vel ore. impatiēter ferēs. qꝛ pōt eē mořle
ꝛ veiale ſm mod impatiētie. ¶ De indigcōe
SI indignatus ē ↄtra aliquē non valēs eum
videre vel audire reputās indignū. qd illi di
ſplicuit. cū potius debēt ſibi ſeruire qd veniale
eſt ↄiter. Et ſi ꝓpter hoc retinet ſibi loquelam
ꝛ p alia ſigna oñdit ſibi diſplicētiā. q̄ auferen
da ſūt ad tollendū ſcādalū pximoꝝ ꝛ opionē
odij. ¶ Si petenti veniam. ꝛ parato ſatiſfacē
